riculis in tua virtute defen/
das. et in eoꝝ poteſtatē nun/
q̄ꝫ venire me ꝑmittas. necꝫ
hic necꝫ in futuro. Sed mi/
ſericordiā tuā magnā ꝛ gra/
tiam ſempiternā in omni lo/
co et in omi tempore ſemper
adeſſe mihi clementer et di/
gnāter cōcedas. Feria ter
tia oratio ſancti Auguſtini
ad ſanctam trinitatem.

Confiteor te patrē ꝛ fili
um ꝛ ſpm̄ſctm̄ in pſo/
nis trinū in ſubſtantia. vnū
verum deū oipotentē viſibi/
lium ꝛ inuiſibiliū creatorem
Te quidē ꝯfiteor prēm ſum
me bonitatis et totius deita
tis. primū ex nihilo omia du
centē ſed principiū dantem.
Credo ꝛ cōfiteor non corpo
rali ꝓgenie necꝫ extrinſecus
necꝫ ex neceſſitate necꝫ volū/
tate. ſed natura filiū generā/
tem. Cōfiteor ꝛ te filium ex
patre ſine initio genitū inef/
fabiliter. verū deū vnigeni/
tum ꝑ quē oia facta ſunt. et
verum dei pr̄is verbuꝫ. non
factū nō creatū. non adopta
tum. ſed genitū. et vnuꝫ cum
patre in ſubſtātia. itaqꝫ ita
equalē cū deo patre et tu ipſe
nec gradu nec ptāte poſſis
eſſe inferior nec diuine gene/
rationi aliquod tp̄s aſcribo
qr ſemp fuit pater. Nūquid
ergo nō fuiſti filius. Te q̊qꝫ
ſpm̄ ſanctū verū deuꝫ non fa
ctum nō creatū non genitū.
ſed ex patre filioqꝫ inenarra
biliter ꝑmanenteꝫ. Igit̄ do/
mine de⁹ trine ꝛ vne ſcie lumē
accende in corde meo ꝙ te di
ligere merear trinū ꝛ vnum
ſic es trin⁹ ꝛ vn⁹ de⁹. et igno
rantie tenebras mei ac ma
gis remoue a me vt ſpiritua
liter videā quantū poſſibile
eſt hūane fragilitati. Da mi
hi in via hac qua te duce gra
dior ꝛ intelligā. ꝛ intellectū
inſpira mihi. et ſemper doce
ꝑ gratiam tuā qualiter in te
irreprehenſibiliter ſit creden
dū. vt te vnū deuꝫ eternaliter
ſapiā. ꝛ incomprehenſibilit̄
trinū ꝑſonaliter capiam Re
liqua vero ſacramēta que te
nētur in eccleſia tua ſtupen/
da ſunt ꝛ veneranda. Sed il
lud tuū ſacramentū precellit
vniuerſa. Hoc nēpe indiui/
due trinitatis miſteriū ꝛ illō
celeſtis mēſe ſacramētuꝫ. qḋ
fideles et pias aīas paſcit
carne ꝛ potat ſanguine. vt ne
qꝫ eſuriāt necꝫ ſitiāt ineternū
Fac ergo me dn̄e deus meus
pura ꝛ ſimplici ꝯſcia illa pre

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cipue inter cetera ſentire. cre‑
dere ſumere ⁊ retinere. Ne
ſinas queſo dñe fidez meā in
eis aliquatenus vacillare ſed
ita ſemꝑ in eis et de eis pro
tua tribuas pietate mihi cre
dere et intelligere ſicut veri‑
tas ſe habet. Intret i coꝛ me
um gloꝛia tua. que ibi ſine ſo
no ⁊ ſine ſtrepitu verboꝛum
loquatur omniū tantoꝝ mi‑
ſterioꝝ veritatē dulce et dul
cedine intus vbiq; foꝛis. et
vndiq; ꝑfundat aīam meaz
illa gratia virtutuz. et iudex
oīm veritatū. et ſic irradien‑
do ⁊ ſopoꝛādo eā in ipſo ve‑
ritatꝭ cētro ſtabiliat atq; cō‑
firmet vt neq; velim neq; poſ
ſim de tātis miſterijs aliter
ſentire niſi ſicut docet ⁊ opoꝛ
tet. O omnipotēs bonitas
cuiꝰ pietatꝭ aures ipſis pau‑
perū tuoꝝ deſiderijs patent
intellige clamoꝛem filij tui:
p̄ſta dñe vt ipſo mentis pa‑
lato ſumme guſtē et ſapiam
hec ineffabilia ſacramenta.
Magna enim ſunt et mira
valde. et ego puulus in eoꝛū
cōſideratione deficio. quoti‑
ens ad intuēda fidei oclos
attollo. Sed qꝛ miro modo
vtraq; nobis neceſſaria ſunt
ad ſalutē auctoꝛ inuiſibiliuz
creaturarum qui es ſumma
ſubſtantia et vna diuinitas
atq; ꝑſonaꝝ ſūa ⁊ ꝑfecta tri‑
nitas. Te deū patrez exoꝛo
ex quo oīa. et filiū tuū ꝑ quē
oīa ſimlr̄q; ſpm̄ ſanctū in quo
oīa. te deū meū quem vnū et
verū in trinitate ꝯfiteoꝛ quo
creati ⁊ liberati ⁊ illuminati
ſumus. Supplex oꝛo tātoꝛū
auidus miſterioꝝ. lacta me
nutri me. ⁊ in menſurā eta‑
tis vſq; ꝑfecti viri meā extē‑
de exiguitatē. vt ſolidū hūc
ꝑfectoꝝ cibū capere valeā imꝑ
fectū enim meū viderūt ocu
li tui Feria q̄rta oꝛ̄o ſancti
Auguſtini ad ſcām trinitatē
Domine da nobis te re
ctoꝛe te duce int̄ ſcillaz
et caribdim iter cernere per
mediuz ⁊ integra naui ⁊ ſal
uis mentibus peruenire poſ
ſimus ad te poꝛtū tutiſſimū
felix aīa q̄ iā freno ſoluta car
cere. libera celū petit. q̄ beatꝭ
iā admixta ſpiritibꝫ maieſta
ti tue ſecura nūc aſſiſtit. qꝛ te
iā in circūſcriptū lumen cer‑
nit. q̄ nullo metu moꝛtis vel
hoſtꝭ afficit̄ q̄ incoꝛruptiōis
ꝑpetuo munere letatur. vti‑
nam ita ſuccedat. et moꝛta‑